



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Duodecimum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

Caput Duodecimum. A*De viro Nobili à morbo caduco liberato.*

Nobilis à morbo ca-  
duco libe-  
ratur.

**H**ENRICVS de Calenmunt, vir nobilis, cùm diu vexatus esset morbo comitali, die quodam in sacello stans, & de miraculis beati ENGELBERTI cogitans, humi se prostravit, crebroque rogavit sanctum martyrem, vt à Domino sanitatem sibi impetraret. Inde surgens, sensit insolitam quandam corporis allevationem, ita vt deinceps vsque in præsens, nihil ab illo morbo molestiæ acceperit. B

## Notatio ad Caput Duodecimum.

Kalenmüt.  
Putzfeld.

**K**Alemunt quod appellat manuscrip. domicilium est nobile Putzfeldiorum haud procul Steinfeldia.

## Caput Decimum tertium.

*De Paralytico curato.* C

Paralytici  
curatio.

**H**OMO paralyticus cùm ad sepulchrum eius duabus ferè horis orasset, & martyrem attentissimè deprecatus esset, relictis illic scipionibus, quibus aduenerat, suis pedibus lætus abscessit.

## Notatio ad Caput Decimum tertium.

Hoingen.

**E**X manuscrip. discimus hominem hunc fuisse ex Hoingen. Hoingen autem pagus est sarrapiæ Hilchrodanæ non longè à Knechtstadiensi Abbatia situs. Nisi fortè sit vicus D Rheno incumbens sub Argenselsio Comitum Henburgicorum. Verum is non Hoingen sed Hoeningen appellatur. Manuscrip. Monasteriensis ex Eiffia dicit. *Homo quidam ex Hegen.*

## Caput Decimum quartum.

*De Sacerdote diebus quindecim cæco & postmodum restituto.*

SACER-